



Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

De quatuor Hominum nouissimis - Qvi Qvidem Sacri Adventvs Qvatvor
Hebdomadis accommodati: Sed & Concionvm Fvnebrivm materiam
abunde suppeditant

Besse, Pierre de
Coloniae Agrippinae, 1620

Approbatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56226](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56226)

APPROBATIO.

NOs infra scripti Doctores SS. Theologiæ in alma Vniuersitate Parisiensi, deputati à dicta Vniuersitate ad legendum, examinandum, & visitandum libros, notum facimus legisse & visitasse CONCEPTVS THEOLOGICOS super quatuor hominis nouissima, &c. Authore M. PETRO de BESSE, Doctore dictæ facultatis, neque in eis quidquam reperiri, quod Sacris litteris, Canonibus, & traditionibus Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ Rom. contrarietur, sed ob insignes conceptus, meditationesque eruditione & pietate plenissimos, dignos, qui prælo mandentur. Datum Parisiis, 1. Julij, Anno 1616.

A. Soto.

Io. David.



CARMEN

ad Librum.

Quid portat nouus hic noui libellus?
Instructore nouo, nouo paratu,
Donatus nouiter latinitate.

Antiquissima continet nouorum?
Et Nouissima continet nouorum,
Quæ currente die nihil senescunt,
Sed præcis noua patribusque auis que.
Et seris noua filiis videntur:
Nam Nouissima sunt Nouissimorum.

ALIVD.

Amne iterum volucres cælo venere quadrigæ.
Et via fidereis panditur alta iugis?

Flamma Thesbyren rapuere vehicla, sed è
quid?

Falsi retrogradas credimus ire rotas?
Est nouus hic currus, faber & nouus, infide
vector.
Vt nouus à Besso sede locere noua.

ALIVD.

Q Vis tantas fieri puter quadrigas?
Aut molem quatuor strui rotarum?
Per terram ac tumulos vagatur vna,
Immiti fodiens sepulchra cantho.
Currit per medias secunda nubes,
Aneps iudicij vehens tribunal.
Carnes tertia conterit sub Orco,
Flammarum tribulis, rubisque mixtas,
Quæ quarta est, areas poli pererrat,
Triturans patientiæ sementem.

L. T.

ARGV.